



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

Le. viij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

**Omella beati gregori pape**

**S**icut ex lectione euangelica fratres audistis celi rege nato rex terre turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur cum celsitudo celestis aperitur. **Tu. R.** Dies sanctificatus illuxit nobis venite gentes et adorare dominum. Quia hodie descendit lux magna in terris. **V.** Venite adoremus eum quia ipse est dominus deus noster. **Quia** Sed querendum non **Le. viij.** bis est quid nam sit quod redemptore nato pastoribus in iudea angelus apparuit atque ad adorandum hunc ab oriente magos non angelus sed stella perduxit. Quia videlicet iudeis tanquam ratione prestantibus rationale animal id est angelus predicare debuit: gentiles vero quia prestantibus ratione nesciebant ad cognoscendum dominum non per vocem sed per signa perducuntur: quia et illis prophetie tanquam fidelibus non infidelibus et istis signa tanquam infidelibus data sunt. **Tu autem. R.** Hic est dies preclarus in quo saluator mundi apparuit quem prophete predicaverunt angeli adoraverunt cuius stellam magi videntes gaudium sunt. Et munera ei obtulerunt. **V.** Et intrantes. Et munera. **Et** notandum quod redemptorem nostrum cum perfecte esset etatis eisdem gentibus apostoli

stoli predicant eumque parvulum et necdum per humani corporis officium loquentem stella gentibus denunciavit quia nimirum rationis ordo poscebat ut loquentem dominum loquentes nobis predicatores innotescerent et necdum loquentem elementa materia predicaret. **Tu. R.** Videntes stellam magi gaudium sunt gaudium magno: et intrantes domum inveniunt puerum cum maria matre eius et prociuentes adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et mirram. **V.** Reges tharsis et insule mure offerent. Et apertis. Gloria. Et apertis. **Te deum dicat. V.** ante laudes. Venientiam te qui detrahebant. **ut s. Ad laud.** **an.** Ante luciferum genitus ante secula dominus saluator noster hodie mundo apparuit. **ps.** Dominus regnavit cum ceteris. **An.** Venit lumen tuum hierusalem et gloria domini super te orta est et ambulabunt gentes in lumine tuo alla. **An.** Apertis thesauris suis obtulerunt magi domino aurum thus et mirram alla. **An.** Maria et flumina benedicite domino hymnum dicite fontes domino alla. **an.** Magi videntes stellam obtulerunt domino aurum thus et mirram. **Hymnus.** Verbum patris. **Surge illuminare. Capitulum.**